Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36487
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Quia ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia. Item. Per quem etiam dicit patrem.
adscribi idem apls in hac cadem epla. loquitur dicens. fidelis ds per quem uo
cati estis in comunionem filii eius ihu xpi dni nri. Ex quo omnia et nos in
illo. et unus dns ihc xpe. Calumniam. et hoc loco commouent arrianis
qd cum uri tantum ds dicit pater. quasi filius a dnitate seiunctus sit.
Quib; respondendum. Si ideo non erit filius ds. qia uri est ds pater. qui et pater
non erit dns. quia unus est dns ihc xpe. Si autem pater non excludatur
a dnatione. nec filius a dnitate. sed utrumq; utriq; comune est. Per quem
omnia et nos per ipsum. Per filium omnia facta sunt. si et nos. siue per ipsum
sumus saluati. Sed non in omnib; est sapientia. Non omnis sciunt. quia per
contemptu idolorum et non magis uenerationis gratia manducetis. Quida
autem consuetudine usq; nunc idolis quasi idolorum manducant. et con
scientia ipsorum cum sit infirma polluitur. Quidam ignari sic habent
adhuc in consuetudine sua. quomodo ante quam crederent manducabant.
Cetera autem nos non commendat dominus. Sicut dicit aggeus pphcta. Et si
manducatis et bibitis. nonne uobis manducabitis et bibitis. Neq; enim
si non manducauerimus deficiemus. neq; si manducauerimus habundabimus.
Cui enim dubium est nullum neq; manducando habundare neq; non mandu
cando egere. cum contrario illis magis formidanda inopia sit qui
gula reuincere nolunt. Sed quia magnitudine fidei fuit qd idolis immo
lata uescerentur adscriberent. ideo apls neq; in illis edendis fidei habun
dantiam. neq; in non edendis inopiam esse testatur. Videte autem ne forte hec
licentia uram offendiculum fiat infirmis. Videte ne qd uobis sufficere
minus creditis alius obsit. Potest et illis dici qui destruunt exemplo. qd
edificant uerbo. offendiculum fiat infirmis ne per uos offendant et cadant.
Si enim quis uiderit eum qui habet scientiam in idolo recumbentem. nonne con
scientia eius cum sit infirma edificabitur ad manducandum idolorum et
peribit infirmus in tua consuetudine fr: ppter quem xpe mortuus est.
Sic autem peccantes in frres et percutientes consuetudinem eorum infirmam in xpo
peccatis. Quicumq; scandalizauerit unum de pusillis istis. expedit
illi ut mola asinaria suspendatur in collo eius et mittatur in profundum
maris. quanto grauior pena illos expectat. ut ad comparationem